



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Caput XXXII. De modo accipiendi sœculares nos invisentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

Oro te, ut gratiam hanc mihi concedas, ut,,  
eā devotione me geram, proximo meo pie,,  
tatis ac virtutis exemplum ut præbeam. No,,  
li sinere, ô Virgo sanctissima, ut sacrum Or,,  
dinem tuum ullâ liberiori oculorum evaga,,  
tione offendam, vel ei dedecori sim.,,

*De*  
*Uera translatio*

*Applicatio interior.* Consentanea erit my-  
sterio aut festo, quod celebratur, Atque si  
Supplicatio generalis sit cleri totius, quilibet  
suas preces vocales ac sacram potissimum Bea-  
tissimæ Virginis corollam precatorium, Ro-  
farium vocant, persolveret.

## CAPUT XXXII.

*De modo accipiendi sacerdotes nos  
invisentes.*

**Q**uantum quidem in nobis est, cum sacer-  
taribus veluti mortui, qui viventibus ap-  
parent, conversemur oportet. Mortuorum  
apparitiones rariores existunt, modico solùm  
tempore perdurant, eorumque sermones bre-  
viores ac nisi de rebus alterius vitæ non sunt.  
Ad eundem planè modum, quo ad ejus fieri  
potest, rariùs mundo nos viseados præbeamus  
est necesse: quod si obedientia aut charitas ad  
id faciendum nos impellat, tempus certa ac de-  
finita nobis præscribere necessitas, & colloquia  
nostra solùm de Deo ac rebus quæ bono omni-  
bus sunt exemplo, esse debent.

*De*  
*re*

*Directio.*

" Existimabam , Domine , mundum esse à  
" mederelictum , & ecce mundus ipse me fu-  
" gientem insequitur. Noli , queso , Domine ,  
" permittere , ut rei istius studio aut cupiditate  
" ullo unquam cor meum tempore teneatur.  
" Solummodò obedientiæ satis ut faciam ad  
" colloquendum cum hominibus istis me  
" confero. Istam , oro , mihi gratiam conce-  
" de , ut hac in re mihi meti si studiosius invi-  
" gilem , & omnes modestiæ regulas accurate  
" obseruem . Bonos animi mīhi sensus inspi-  
" ra , ut ea cum illis colloquia misceam , quibus  
" bono , quod à me expectant , esse illis queam  
" exemplo. Actionem hanc offero tibi in u-  
" nione tuæ sanctissimæ atque immensum in  
" modum fructuosæ conversationis inter ho-  
" mines , quoad in terris fuisti versatus. Noli  
" & tu sinere , Virgo sacratissima , ut isto in  
" congressu à præsentia Dei longè recedam ,  
" aut quidpiam animi interioris collectionis ,  
" quam spiritualibus exercitiis nostris fortassis  
" acquisivi , amittam .

Aditus & collocutio simplex omninoque  
sit procul ab officiosis verborum blanditiis ,  
quarum usus est sæcularibus , oportet : illæ  
enim plerumque scatent mendaciis & assen-  
tationibus , adeoque omnino dignæ non sunt  
labiis orationi & Dei verbis consecratis ,  
qualia sunt Religioso-  
rum .

CA-